



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. V. Christvs Dominvs Perfectissimæ vitæ exemplar.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

faciunt quod non licet. Pergit S. Aug. & habetur 12. q. 1. c. 18. certè ego. Certè ego, ait, qui statueram sicut nos tis nullum ordinare clericum, nisi qui mecum veller manere: ut si veller discedere à proposito, recte illi tollerem clericatum: quia desereret sancta societas promissum, cæptumq; consilium: Ecce in conspectu Dei & vestro muto consilium. Qui volunt aliquid habere proprium, quibus non sufficit Deus, & ecclesia sua, maneant, ubi volunt, & ubi possunt, non eis aufero clericatum. Non dissimilia habet idem S. Aug. serm. posteriore de communi Clericor. vita. Similiter B. Prosper Aquitanicus Regiensis Episcopus, S. August. perpetuus secrator l. 2. de vita contemplativa cap. 11. Clerici, inquit, quos pauperes aut voluntas, aut nativitas facit, cum perfectione virtutis vita necessaria, siue in domibus suis, siue in congregacione viuentes accipiunt, quia ad ea accipienda non eos habendi cupiditas dicit, sed cogit necessitas. S. Greg. M. ad primam interrogationem Augustini Angliae Archiepiscopi, & habetur 12. q. 2. c. 30. Mos cœl. Mos, ait, Apostolica sedis est ordinatio Episcopis preceptum tradere, ut ex omni stipendio, q; accedit, quatuor debeant fieri portiones. Una videlicet episcopo & familia propter hospitalitatem & susceptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiis reparandis. Sed quia tua fraternitas monasterii regulis eruditæ seorsim vivere non debet à clericis suis in ecclesia Anglorum, que auctore Deo nuper ad fidem perduta est, hanc debet instituire conuersationem, que in initio nascentis ecclesiæ fuit patrib. nostris, in quib; us nullus ex his, que posseidebant, aliquid suū esse dicebat, sed erant illis oīa cōmunia.

Ecclesia pro  
uentus in  
quatuor o-  
lim partes  
tribuit.

In Anglia  
communē  
auxere vi-  
tam clericorum.

Quod Clerici quandam Apostolicam & perfectissimam duxerint vitam, cuius adhuc expressa extant vestigia.

C A P. V.

CHRISTVS DOMINVS PERFECTISSIMAE  
vitæ exemplar.

§ **S**citis gratiam D. N. Iesu Christi: quoniam cum dives Christi li-  
sset, propter vos genus factus est, ut vos illius inopia di-  
beraturis  
vites paupertas.

uites effetis, ait Apostol. 2. Cor. 8. v. 9. In stabulo natus, Luc. 2. v. 7. toto mortalis vitæ curriculo non habens, ubi caput reclinaret. Matt. 8. v. 20. nudus in cruce mortuus & alieno conditus sepulchro, Ioan. 19. v. 23. & 41. Sancta in suo corpore dedicauit paupertatem. Quin & spiritu ac pia voluntate pauperes beatos prædicauit Matth. 5. v. 3. Luc. 6. v. 20. & eam vitæ formulam suis dedit sectatoribus Matth. 10. v. 10. Nolite possidere aurum neq; argentum, neq; pecuniam in zonis vestris, non per-

**Christi Do-  
mini obedi-  
entia.** ram in via, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; virgam, dignus est enim operarius cibo suo. Idem Saluator & alijs se submittendi obtemperandiq; exemplar, descendit de caelo, non ut suam sed patris faceret voluntatem Ioan. 6. v. 38. & non solum Patri factus est obediens usq; ad mortem crucis, Philip. 2. v. 8. sed etiam matri ac nutritori suo fuit subditus Luc. 2. v. 51. Quin & iniquissimis magistratibus ut Pontificibus ac Pilato morem gerens obedientiam fanciuit. Ipse deniq; de Spiritu S. conceptus & ex ilibata natus virgine perpetuam Agnus immaculatus seruauit virginitatem, & commendauit Eunuchos, qui seipsostrauerunt propter regnum celorum, Matt. 19. v. 12. hoc est, qui conjugij suscipiendi facultatem sibi perpetuo voto penitus abscederunt.

## CAPUT VI.

APOSTOLI IN EVANGELICIS CON-  
siliis Seruatoris Aemuli.

§. **H**anc viuendi in castitate, obedientia, ac paupertate rationem ac consilium amplexi Apostoli, Dominum Petri ore conueniebant Matth. 19. v. 27. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Quemadmodum vox (secuti) imitationem in paupertate, castitate & obedientia indicat, ita & vocabulum *omnia* nihil excipit. Non diuitias: constat enim ex Euangeliō & Apostolicis Actibus; qua quantaque paupertate traduxerint: